



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mechlinia Illustrata Luce Miraculorum S. Francisci Xaverii  
Orbis Utriusque Solis Ac Thaumaturgi Chronicis Distichis  
evulgata Anno M.D.C.LXVI.**

**Grumsel, Gérard**

**Mechliniae, 1666**

Elegia Secunda. Ex sublatis fluxionibus & Catarrhis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13399**

NVLLa BLIterswyqVI Vates LoqVar aCta faVorIs:  
 VnVM pro CVnctIs ILLIVs eXtrat opVs.  
 HoC Lege XaVerII qVI fortè faVorIbVs ILLIs  
 DVCerIs: eX LethI faVCIbVs ILLe reDIt.  
 HoC te CLarVs aVIs, tItVLIs, faCtIsqVe DoCebIt:  
 EXVLat à tanto fraVsqVe DoLVsqVe VIro.  
 DenIqVe qVID possIt, IVVet hIC aVt gratIa DIVI,  
 EXperta est sVbltâ VIrgo noVennIs ope.  
 HVIC CLaVsVra oCVLos genItrIX heV! ebrIa fLetV,  
 tyro nI VotVM ConsVLVIset, erat.  
 ILLa VoVet pVgILI CeLebrare noVenDIa DIVo:  
 sanaqVe VIX ortâ LVCE pVeLLa VaLet.  
 TotaqVe sVrgIt oVans, InDVtaqVe VestIbVs eXIt;  
 perqVe pLateares aMbVLat Ipsa VIas.  
 HoC qVoqVe ConVaLVIt MonItO, CatharInaqVe pLaVsIt  
 EX febrIbVs proLes ConVaLVIsse sVas.  
 DIff VgIVnt Veteres hoC Vno VInDICE LarVæ:  
 EXVL & eX CVncto Corpore febrIs abIt.

## ELEGIA SECUNDA.

## Ex sublati fluxionibus &amp; Catarrhis.

**F**ILla nVnC pVLsa est: genItrIX hIC fLVXIo restat:  
 HInC qVoqVe febrILLIs fons fLVIt Vrbe MaLLI  
 HanC etIam fLeXVs VorIs VeL sVppLIce Cerâ  
 XaVerIVs CeLerI sæpe fVgaVIt ope.  
 NVLLVs In aVXILIo fVIt arte perlItor IstO:  
 ILLe MaLos fLVXVs CorrlgIt, ILLe LeVat.  
 OrDIor à PatrIâ; tV nos qVoqVe LegIa tangIs:  
 PLVrIma XaVerII est faX Ibl VIsa tVI.

HVD



MIRACULIS S. FRANCISCI XAVERII.

71

Nulla (p) Bliterswyquî vates loquar acta favoris:

Unum pro cunctis illius extat opus.

Hoc lege, Xaverii qui forté favoribus illis

Duceris : ex lethi faucibus ille redit.

Hoc te clarus avis, titulis, factisque docebit:

Exulat à tanto fraudque dolusque viro.

Denique quid possit, juvet hîc aut gratia Divi:

Experta est subitâ virgo (q) novennis ope.

Huic clausura oculos genitrix heu! ebria fletu,

Tyro ni votum consulisset, erat.

Illa vovet pugili celebrare Novendia Divò:

Sanaque vix ortâ luce puella valet.

Totaque surgit ovans; indutaque vestibus exit:

Perque plateares ambulat ipsa vias.

Hoc quoque convaluit monito, (r) Catharinaque plausit

Ex febribus proles convaluisse suas.

Diffugiunt veteres hoc uno vindice larvæ:

Exul & ex cuncto corpore febris abit.

(p) *Guilielmus de Bliterswyck Regius magni Concilii Mechliniæ Senator 1661. 31. Octob. mirabiliter sanatus, Sopiratori suo Eucharisticon scripsit*

(q) *Joanna Lemmens ad votum à novitio Societatis JESU invitata 1661.*

(r) *Catharina vander Smisse & liberi 1660. in Panck.*

ELEGIA SECUNDA.

Ex sublatis fluxionibus & Catarrhis.

**F**ilia nunc pulsa est: genitrix hîc fluxio restat:

Hinc quoque febrilis fons fluit urbe mali.

Hanc etiam flexus votis vel supplice cerâ

Xaverius celeri sæpe fugavit ope.

Nullus in auxilio fuit arte peritior isto:

Ille malos fluxus corrigit, ille levat.

Ordior à Patria; tu nos quoque Legia tangis:

Plurima Xaverii est fax ibi visa tui

Haud



HaVD proCVL hInC genItrIX enIXa Garaffla feLIX;

seD non sIC feLIX ILICo nata fVIt.

HaVserat hæC tenVIs VIX heV! CVnabVLa VItæ;

Et fVIt VLCerIbVs pene CoaCta MorI.

sIC CapVt, & CVnctos Labes VItIaVerat artVs:

NIL nIsI tota VnVM pVpVLa VVLnVs erat.

NVLLa IVVant; sIC Vos tabVLâ IVrastIs aMICI;

QVIqVe VICes ILLâ præVLIIs Vrbe gerIt.

DIVa VIRI faCIES, pIVs & LIqVor VLCera strInXIt;

CessIt & eX ILLo pLaga, LVesqVe Die.

SCILICet hIC VIGor est DeXtræ, qVâ sospIte qVIVIs

Et pVerI, aC IVVenEs, DeCrøpItIqVe VaLent.

sensIt ID In bInâ genItrIX gVeLDorpla proLe:

HVIC CapVt eXCrVClans, hVIC stVpor aVrIs erat.

paVCa VoVet DIVo, DIVVs sVCCVrrIt & ILLI:

Nata LeVI Cerebro, natVs & aVre VaLet.

sIC VaLet aVre sVâ CeLer hIC qVoqVe LVClâ VIRgo;

QVæ sVrDa ætatIs per DVo LVstra fVIt.

pIgnora saCra CoLIt soClâ CoMItata parente;

Et stVpet, & reCtos perCipIt aVre sonos.

Ægra prIVs VIRgo VekMannI fILIA rItè est

HVIVs ab aVXILIo DentIbVs Vsa sVIs.

HazarDI hIs ConIVX nVnqVaM gaVIsa fVIsset;

NI se IVVIsset hospItIs hVIVs ope.

QVID VaLeant oCVLIIs hæC CVLrI pIgnora DIVI;

obstVpVIt VIRIIs saLVa pVeLLa sVIs.

HannonIs hæC soboLes qVInos IaM CæCa per annos

fLebat, & heI! soClâ LVClIs egebat ope.

NeC pater hanC ChIron, neC tota hænC Ipsa GaLenI

Ars VIsa est tantIs posse LeVare MaLIIs.



- Haud procul hinc genitrix enixa <sup>(s)</sup> Garaffia felix;  
 Sed non sic felix ilicò nata fuit.  
 Hauserat hæc tenuis vix heu! cunabula vitæ;  
 Et fuit ulceribus penè coacta mori.  
 Sic caput, & cunctos labes vitiaverat artus:  
 Nil nisi tota unum pupula vulnus erat.  
 Nulla juvant; sic vos tabulâ jurastis amici,  
 Quique vices illâ Præsulis urbe gerit.  
 Diva Viri facies, pius & liquor ulcera strinxit;  
 Cessit & ex illo plaga luetque die.  
 Scilicet hic vigor est Dextræ, quâ sospite quivis,  
 Et pueri, ac juvenes, decrepitique valent.  
 Sensit id in binâ genitrix <sup>(t)</sup> Gueldorpia prole:  
 Huic caput excrucians, huic stupor auris erat.  
 Pauca vovet Divo; Divus succurrit & illi:  
 Nata levi cerebro, natus & aure valet.  
 Sic valet aure suâ celer hîc quoque <sup>(v)</sup> Lucia virgo;  
 Quæ surda ætatis per duo lustra fuit.  
 Pignora sacra colit sociâ comitata parente:  
 Et stupet, & rectos percipit aure sonos.  
 Ægra prius virgo Vekmanni filia <sup>(x)</sup> ritè est  
 Hujus ab auxilio dentibus usa suis.  
 Hazienda <sup>(y)</sup> his conjux nunquam gavisa fuisset;  
 Ni se juvisset Sospitis hujus ope.  
 Quid valeant oculis hæc culti pignora Divi;  
 Obstupuit vitiis salva <sup>(z)</sup> puella suis.  
 Hannonis hæc soboles quinos jam cæca per annos  
 Flebat, & hei! sociâ lucis egebat ope.  
 Nec pater hanc Chiron, nec tota hanc ipsa Galeni  
 Ars visa est tantis posse levare malis.

(s) Maria Anna  
 Garaff Limburgi  
 1663. Septembri.

(t) Filia & filia  
 Elisabethæ Guel-  
 dorps 1660. Mar-  
 tio & Aprili, in  
 Bonhey.

(v) Lucia Callæ  
 1662. Martio, in  
 Heydonck.

(x) Elisabetha Ve-  
 kemans 1660.  
 April

(y) Catharina Soes-  
 tens uxor Matthiæ  
 Hazardt 1660.  
 Decembri, in Parck.

(z) Ioanna du Spi-  
 noy 1660. De-  
 cembri. Mecklinia.



PVre fLVVnt oCVLI, stILLant è narIbVs IMbres;  
 EX Cerebro graCILEs VsQVe LIqVantVr aqVæ.  
 XaVerlo Dare paVCa patri VIX VoVIt; & eCCe  
 FaCta noVennaLI est saLva pVeLLa Die.  
 ParVVLa LaCtIs eGens, aC VIX erat Anna blennIs,  
 penDVLVs hVIC oCVLVs DeXter, & orbIs erat,  
 EXVVias aC saCra parens VIX appLICat agræ;  
 Et sVa sIC oCVLVs DeXter In antra reDIt.  
 HoC qVoqVe sVb DIVo Catharina pVeLLVLa VIDIt:  
 HoC qVoqVe sVb CLypeo tVta Ioanna fVIt.  
 EX nebVLa VeL peLLe LeVI VIX astra, VeL aLMas  
 HIs poterant oCVLIs sVstInVIsse faCes.  
 TangVntVr TheCIs, saCrIsqVe LaVantVr In VnDIs;  
 LVXqVe oCVLIs nonâ LVCe serena reDIt.  
 VnoCVLVs GasparVsierat: DeXtræ osCVLa IVngIt;  
 Et raDIIs oCVLI ConVaLVere sVIs.  
 LIppaqVe qVæ fVerat VIrGo, LeVIs astra tVetVr,  
 CVM posItO sVppLeX hanC CoLIt ILLa genVr.  
 SoL Ita XaVerIVs tenebras fVgat VsqVe; sVâqVe  
 NVbILa perpetVò DIssIPat Ipse ManV.  
 HVIVs ab aVXILlo VeXata VaporIbVs atrIs  
 MagDaLa, pVrgatâ fronte serena fVIt.  
 LæVaQVe nVper InerIs Veteres CoalesCIt In VsVs,  
 BraChIa LVstraLI CVM soVet hVIVs aqVâ.  
 GeVrpla CVM fLVXV CerebrI torqVetVr aCVto,  
 VeL CapVt In trIstes præCIPItasset aqVas.  
 At VenIt Vt sVppLeX, peragItqVe noVenDia DIVI;  
 VIsa fVIt genII pLena reDItre sVI.  
 TaCtVs aqVIsgrani roLLynIVs Vrbe MagIster,  
 VIX poterat raVCâ paVCVLa faVCe LoqVI.



- Pure fluunt oculi, stillant è naribus imbres,  
 Ex cerebro graciles usque liquantur aquæ.  
 Xaverio dare pauca Patri vix vovidi, & ecce  
 Facta novennali est salva puella die.  
 Parvula lactis egens, ac vix erat (a) Anna biennis:  
 Pendulus huic oculus dexter, & orbis erat.  
 Exuvias ac sacra parens vix applicat ægræ;  
 Et sua sic oculus dexter in antra redit.  
 Hoc quoque sub Divo (b) Catharina puellula vidit;  
 Hoc quoque sub clypeo tuta (c) Joanna fuit.  
 Ex nebulâ vel pelle levi vix astra, vel almas  
 His poterant oculis sustinuisse faces.  
 Tanguntur Thecis, sacrisque lavantur in undis;  
 Luxque oculis nonâ luce serena redit.  
 Unoculus Gasparus (d) erat: Dextræ oscula jungit;  
 Et radiis oculi convaluere suis.  
 Lippaque quæ fuerat (e) virgo, levis astra tuetur,  
 Cum posito supplex hanc colit illa genu.  
 Sol ita Xaverius tenebras fugat usque; suâque  
 Nubila perpetuò dissipat ipse manu.  
 Hujus ab auxilio vexata vaporibus atris  
 Magdala (f) purgatâ fronte serena fuit:  
 Lavaque nuper incers veteres coalescit in usus,  
 Brachia lustrali cum fovet hujus aquâ.  
 Geurpia (g) cum fluxu cerebri torquetur acuto,  
 Vel caput in tristes præcipitasset aquas.  
 At venit ut supplex, peragitque Novendia Divi;  
 Visa fuit genii plena redire sui.  
 Tactus Aquisgrani (h) Rollynius urbe Magister  
 Vix poterat raucâ paucula fauce loqui.

(a) Anna Sebastiana 1661. Februario, Mechlinia.

(b) Catharina du Mont 1661. Martio, Mechlinia.

(c) Joanna Maria Pints 1661. Septembri, Mechlinia.

(d) Gaspar Batens 1661. Junio, Mechlinia.

(e) Joanna Maria Pynappel 1660. Augusto, Mechlinia.

(f) Magdalena Belens 1660. Novembri, Mechlinia.

(g) Elisabetha van Geurp 1661. Martio, in Hoffla.

(h) Joannes Rollynius Societatis Jesu Aquisgrani. 1664. Februario.



In CapVt, aC gVttVr sIC fLVXIo robVr habebat:  
 DensqVe neC eXIgVI CaVsa DoLorIs erat.  
 NoX erat: æger opeM pVLso Clet VsqVe CVbLI;  
 AC soCIVs præsto est, aVXILloqVe LeVat.  
 VnICa, XaVerI, VoX ILLIVs eXIt ab ore:  
 CorripIt hInC agILI Lipsana saCra ManV.  
 LVX LeVIor faCta est: reDierVnt noCte DoLores;  
 VIX CoLor, & VaCVO spIrltVs ore fVIt.  
 HVnC IVVat aCCVrens, soLVIt qVoqVe Mysta pIaCLIs;  
 XaVerIVs resono Creber ab ore VenIt.  
 TertIa LVX fVLsIt DeLIqVla Vespere CresCVnt:  
 NVLLaQVe spes VItæ, nVLLa saLVtIs aDest.  
 ICOnIs IntVItV (tVLIIt hanC VeL ab Vibe MaLIInâ)  
 XaVerIo preClbVs sVppLICat Ipse noVIs.  
 sanCte pater, DIXIt, sI gratIa sIVerIt, Ibo;  
 EXVVIIsqVe feraM basIa neXa tVIs.  
 EsCa Ceres, potVsqVe Latex erIt VnICVs orI:  
 VInCVLa neC VotI sVbrVet aVra MeI.  
 HIs præIt HoVeLIVs, LIInIt hVnC oLeoqVe LVCernæ:  
 QVæqVe VoVet, sVrgens MoX stata saCra faCIt.  
 Vera LoqVor; VIX orVs erat; DoLor Iste reseDIt,  
 QVatRIDVoqVe breVI sospes Vt ante fVIt.  
 HVIC qVoqVe post LICVIt Vota osCVLa ferre MaLIInæ:  
 IeIVnVs VVLtV; Cætera sanVs erat.  
 NVpera Mira LoqVar, qVæ VIsa haVD testIbVs VnIs  
 WesphaLVs eX patrIo nVntIVs orbe refert.  
 pVpVLVs hIs terrIs, & erat sIne VIrIbVs Infans;  
 ArVerat DeXtrVM, torpVeratqVe LatVs.  
 CaVsa Latet VIrVs: qVerItVr pVerq; neC ILLVM  
 VLLVs ApoLLIneâ qVI LeVet arte VenIt.



In caput, ac guttur, sic fluxio robur habebat,

Densque nec exigui causa doloris erat.

Nox erat: æger opem pulso ciet usque cubili,

Ac socius præsto est, auxilioque levat.

Unica, *Xaveri*, vox illius exit ab ore:

Corripit hinc agili Lipsana sacra manu.

Lux levior facta est: redierunt nocte dolores:

Vix color, & vacuo spiritus ore fuit.

Hunc juvat accurrens, solvit quoque Mystra piaculis:

*Xaverius* resono creber ab ore venit.

Tertia lux fulsit: deliquia vespere crescunt;

Nullaque spes vitæ, nulla salutis adest.

Iconis intuitu (tulit hanc vel ab urbe Malinâ

*Xaverio* precibus supplicat ipse novis

Sancte Pater, dixit, si gratia siverit, ibo;

Exuviisque feram basia nexa tuis.

Esca Ceres, potusque latex erit unicus ori:

Vincula nec voti subruet aura mei.

His præit Hovelius (i) linit hunc oleoque lucernæ:

Quæque vovet, surgens mox stata sacra facit.

Vera loquor, vix orsus erat, dolor iste resedit.

Quatriduoque brevi sospes ut antè fuit,

Huic quoque post licuit vota oscula ferre Malinæ:

Jejunus vultu, cætera sanus erat.

Nupera mira loquar, quæ visa haud testibus unis

Wesphalus ex patrio nuntius orbe refert.

Pupulus (k) his terris, & erat sine viribus infans:

Aruerat dextrum, torpueratque latus.

Causa latet virus: queritur puer ergo; nec illum

Ullus Apollineâ qui levet arte venit.

(i) Societatis  
JESU sacerdos.

(k) *Ferdinandus  
Muller Warburg's  
in Diocesi Paderb.  
1666.*



EXCITVS pater hlsCe noVIs, ConfIDItE, DIXIt:  
 HaC pVer eXILlens ICone saLVVs erIt.  
 ILLa, MaLInatIs qVla ContIgIt ossa patronI,  
 CLaret, & ægroIs InCLyta signa faCIt.  
 DIXIt; & hanC genItriX pVerI LoCat anXia COLLO,  
 ConstItIt & VALIDIs artVbVs Ipse pVer.  
 At qVla post faCtI faVor hVIVs, & eXCIDIt ICon;  
 CreVIt abhInC reDIens, InVALVItqVe LVes.  
 Est taMen Vt COLLO sVasV patrIs ILLa reposta:  
 ParVVLVs hInC saLVIs CrVrlbVs VsqVe fVIt.  
 XaVerI aVXILIo, qVas non InVenerat ære,  
 EXperta est DIVas ELIsabETHa ManVs.  
 TaCta LatVs LæVVM sVrIs renVs ILLa foVebat;  
 VLLa neC aVXILII spesVe saLVrIs erat.  
 VIX hæC se neptI, VIX hanC DeVoVerat ILLa  
 XaVerIo; DoLor hIC cessat, & ægra VaLet.  
 HoC ResII ConIVX haVsIt sVb VInDICE Vires,  
 QVæ VItIo stILLæ CLAVDa fLVentIs erat.  
 QVà LICet, hVnC VIsIt DVCIBVs bene fVLta DVobVs;  
 ALter Is & ConIVX, natVs & aLter erat.  
 VotaqVe VIX CæpIt; CVM CVito tIbla gressV  
 fortlor, aC posthaC saLVa VaLensqVe fVIt.  
 saLVa VaLensqVe fVIt parIter VerheyDIA ConIVX,  
 HVIVs Vt attactâ paLLaDe CrVra frICat.  
 Anna fLVens eX fonte LeVI graVe VVLnVs aLebat;  
 neC spes aVXILII: neC VIda Certa MaLI.  
 QVID faCIat? nVnC VLCVs aqVâ, nVnC ICone DIVI  
 tangIt; & eXpresso est pVre reVersa saLVs.  
 HâC qVoqVe CrVs LVstrans Beggæ De VIRgIne CLAVstro  
 Sara, VaLens soLIDIs CrVrlbVs VsqVe fVIt.



Excitus (k) Pater hisce novis, confidite, dixit:

Hâc puer exiliens Icone salvus erit.

Illa, Malinatis quia contigit ossa Patroni,  
Claret, & ægrotis inclyta signa facit.

Dixit; & hanc genitrix pueri locat anxia collo,

Constitit & validis artubus ipse puer.

At quia post facti favor hujus, & excidit Icon;

Crevit abhinc rediens, invaluitque lues.

Est tamen ut collo suâsû Patris illa reposta,

Parvulus hinc salvis cruribus usque fuit.

Xaverii auxilio, quas non invenerat ære,

Experta est Divas (l) Elisabetha manus.

Tacta latus lævum furis tēnus illa fovebat;

Ulla nec auxilii spēve salutis erat.

Vix hæc se nepti, vix hanc devoverat illa

Xaverio; dolor hic cessat, & ægra valet.

Hoc (m) Resij conjux hausit sub vindice vires,

Quæ vitio stillæ clauda fluentis erat.

Quâ licet, hunc visit ducibus bene sulca duobus;

Alter is & conjux, natus & alter erat.

Votaque vix cepit; cum curto tibia gressu

Fortior, ac posthac salva valensque fuit.

Salva valensque fuit pariter (n) Verheydia conjux,

Hujus ut attactâ Pallade crura fricat.

Anna (o) fluens ex fonte levi grave vulnus alebat;

Nec spes auxilii: nec via certa mali.

Quid faciat? nunc ulcus aquâ, nunc Icone Divi

Tangit; & expresso est pure reversa salus.

Hâc quoque crus lustrans Beggæ (p) de Virgine claustro

Sara, valens solidis cruribus usque fuit.

(k) Societatis  
IESU Sacerdos.

(l) Elisabetha  
van Volsem 1661.  
Iannario. in Kovors

(m) Clara van Bus-  
secum uxor Nico-  
lae de Rees 1660.  
Mechlinia.

(n) Ioanna Ver-  
brugghen uxor Ku-  
muldi Verheyden.  
1661. Martio. in  
Vilpebroeck.

(o) Anna Steigers  
1661. in Heffen.

(p) Sara Ceule-  
mans Beggina  
1660. Septembri.  
Mechlinia.

Denique



DeniqVe CVncta seqVens hIC obrVar: hICqVe LibeLLVs  
 Est Liber, aVt VatI granDe fVtVrVs opVs.  
 GanDa tVLIIt bInos (IVVat hoC qVoqVe VoLVere paVCIs)  
 HI nVnC Loyola sVb DVce signa gerVnt.  
 GeyLIVs hVIC genItor, genItrIX VeChoVla LangVens:  
 NaM prope CrVs ILLI nIL nIsI VVLnVs erat.  
 BaLsaMa nVLLa IVVant; noCVIt VeL sVCCVs In herbIs:  
 SIC peragVnt partes VIrVs & aVra sVas.  
 NatVs aDest, DIVIqVe ferens VngVenta Dat ægræ:  
 VngIt & hIs genItrIX VVLnVs, & ægra VaLet.  
 HâC tVLIIt & Vires HebeLIngIVs arte parentI:  
 EX fLVXV hIC poDagræ nVnC prope CLaVDVs erat.  
 EXCIptIt eX nato qVos MIserrat ILLe LIqVores,  
 Et LoCa LangVorIs VIX LIIt ILLe sVI;  
 Et sVbItò, sVperI! CeLIs sVCCVrrItIs, InqVIt:  
 AVXILIatrICes IaCtat & VsqVe ManVs.  
 InstaVratqVe saCrIs, statVItqVe noVenDIA DIVo;  
 CrVraqVe nVnC CVLtâ LaCtat & VngIt aqVâ.  
 QVò MagIs hæC fIVnt; hoC CrVrIbVs aptIVs VtI  
 VIsVs hIC, & fVLCrIs pLenIVs Ire sVIs.  
 DoneC, Vt hæC Voto, DVpLeXqVe noVena soLVta est;  
 ConstItIt, & fVLCrIs Liber VtrIsqVe fVIt.  
 SanCraqVe teCta petIt popVLo gratante MaLInæ;  
 FlgIt & In CeLebri CLara trophæa thoLo.  
 QVantVs Inest fLVXVs CVrIs rebVsqVe CaDVCIIs?  
 pIgra qVIs hæC geLIDVs peCtora torpor habet!  
 HæCqVe Vbl segnICles sensVs proCVL oCCVpat Ipsos;  
 HeI MIhI! qVot VItIs, VVLnerIbVsqVe patent!  
 HoC fLVIt eX Cerebro CerebrVM FranCIsCe resoLVe;  
 Et qVIBVs VstVs eras, IgnIbVs Vre tVIs.



Denique cuncta sequens hinc obruar: hicque libellus

Est liber, aut vati grande futurus Opus.

Ganda tulit binos (juvat hoc quoque volvere paucis)

Hi nunc *Loyola* sub Duce signa gerunt.

Geylius huic genitor; genitrix (q) *Vechovia* languens

Nam prope crus illi nil nisi vulnus erat.

Balsama nulla juvant, nocuit vel succus in herbis:

Sic peragunt partes virus & aura suas.

Natus adest, Divique ferens unguenta dat ægræ:

Ungit & his genitrix vulnus, & ægra valet.

Hæc tulit & vires *Hebelingius* (r) arte parenti:

Ex fluxu hic *podagræ* nunc prope claudus erat.

Excipit ex nato quos miserat ille liquores,

Et loca languoris vix linit ille sui;

Et subitò, Superi! cælis succurritis, inquit:

Auxiliatrices jactat & usque manus.

Instauratque Sacris, statuitque *Novendia* Divo;

Cruraque nunc cultâ lactat & ungit aquâ.

Quò magis hæc fiunt; hoc cruribus aptius uti

Vifus hic & fulcris pleniùs ire suis.

Donec ut hæc voto, duplexque *Novena* soluta est;

Constitit, & fulcris liber utrisque fuit.

Sanctaque tecta petit populo gratante *Malinæ*;

Figit & in celebri clara trophæa tholo.

Quantus inest fluxus curis rebusque caducis!

Pigra quis hæc gelidus pectora torpor habet!

Hæcque ubi segnicies sensus procul occupat ipsos,

Hei mihi! quot vitiis vulneribusque patent!

Hoc fluit ex cerebro: cerebrum *Franciscæ* resolve;

Et, quibus ustus eras, ignibus ure tuis.

L

Sic

(q) *Maria Vechoven* uxor *Caroli Gheyle*. 1660. *Augusto Gandavi*.

(r) *Egidius Hebeling* 1662. *Dembri Gandavi*.



SIC Cerebrī partes, Vegetī sensVsqVe VaLebVnt:  
CresCet & eXVLlVbVs VIta saLVsqVe MaLls.

## ELEGIA TERTIA.

Ex Puerperis partu & eò spectantibus  
liberatis.

QVaLls ab AVroræ popVLls Vbl LVCifer eXIt;  
MoX fVgat æthereâ nVblLa CVncta faCe:  
LVCet & Hesperlls, ILLIC Vt LVXIt Eols;  
AC patrIVM CVIVIs eXhbet ore IVbar.  
soL Ita XaVerIVs nVLLo non teMpore beLgls  
LVCet, & eXhbltas eXpLICæ aXe faCes.  
taLls In oCCasV est, qVaLls speCtatVs In ortV:  
AVXILlo popVLls Mltls hIC VsqVe VenIt.  
Et LeVat hIC LVctVs, & nVblLa qVæqVe DoLorls:  
Et foVet hIC patVLo gaVDla LaXa sInV.  
ÆgraqVe qVæ fVerat, tanto sVb VINDICE VIVIt  
TVta pVerperlo fæMlna qVæqVe sVo.  
IVnXerat ELIsabeth LVstrls DVo LVstra DVobVs;  
neC faCILIs partV, neC LeVIs aLVVs erat.  
seV foret ID Vltlo pVerI, neXVsVe Maglæ;  
Non eXILE sVo Ventre Latebat onVs.  
NIL IVVat hIC sVCCo VarllsqVe LIqVorlVbVs Vtl:  
neC ManVs hIC Vires, ars neqVe segnls habet.  
QVIn qVerVLls sonVere fores VLVLarlbVs; & Vos  
FVnestæ hInC LæVVM ConCroCitastls aVes.  
Nata, parens, DIXIt, CVr te rVa soMnla VeXant?  
Sospite XaVerlo sat qVoqVe sospes erls.  
DIXIt; & appLICVIt DIVI VIX pignora COLLO;  
EXpLICItqVe fVIt robore faCta parens.